UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

LV. Prozeßverhandlung vor dem Subdelegaten des Propstes zu Camin in Sachen des Soldiner Domherrn Ludwig von Wedel gegen Conrad, den Schulzen, und Heinrich, einen Bürger zu Königsberg, vom 7. Juli ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

de iniunctis ſibi penitenciis miſericorditer in domino relaxamus. Datum anno domini M° CCC° XLII°, ſecunda feria proxima poſt dominicam, qua cantatur Populus Syon, Noſtro maiori ſub ſigillo.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 41.

LV. Prozeßverhandlung vor dem Subdelegaten des Propſtes zu Camin in Sachen des Soldiner Domherrn Ludwig von Wedel gegen Conrad, den Schulzen, und Heinrich, einen Bürger zu Königsberg, vom 7. Juli 1343.

Anno domini M° CCC° XLIII, feria ſecunda proxima poſt feſtum beati Ottonis, comparauerunt coram nobis volzero, canonico Caminenſis Eccleſie ſubdelegato, cum clauſula quociens eum abeſſe contingeret a venerabili domino, domino bernardo, prepoſito eiuſdem eccleſie, Judice vnico in hac parte a ſede apoſtolica delegato, dominus Ludowicus de wedel, canonicus Soldinenſis, actor ex vna et Conradus, prefectus, et heynricus de ſtendal, ciuis in koninghefbergh, rei, parte ex altera. Qui in iudicio conſtituti, ſuorum amicorum vſi conſilio, huiuſmodi placita concorditer jnter ſe ceperunt et ordinarunt, quod ſcilicet Infra hinc et feſtum Simonis et Jude apoſtolorum de compoſitione amicabili inter ſe temptarent, aut ſi illa non poſſit interuenire, Conradus et heynricus premiſſi ipſi domino Lodewico procurarent erga ſe et ſuos ac eciam vniuerſos, qui cauſa ſui vellent aliquid facere vel obmittere quoquo modo, necnon impetrarent a domino alberto de Wulueſteyn, aduocato Illuſtris domini Marchionis de brandeburgh, vel eciam ab aliis a dicto domino, domino lodewico nominandis plenam ſecuritatem eundi, redeundi et manendi, Jus quoque ſuum In Soldyn proſequendi jn Judicio apud aliquem ſeu aliquos de perſonis dicte eccleſie Soldynenſis, cui uel quibus dominus bernardus, prepoſitus prenotatus, vices ſuas in hac parte duxerit committendas, et quod coram eodem uel eiſdem Subdelegatis, ſi pariter et de plano procederent, tam Conradus et Heynricus memorati, quam alii, quos eciam dictus lodewicus procurauit ad judicium euocari. Fuit eciam concorditer placitatum, quod dicti Conradus et Heynricus domino iohanni de vredebergh, canonico in Soldyn, infra feſtum preſignatum nunciarent, quid de ſecuritate procuraſſent et litteras ſuper ſecuritate, vt premittitur, procuratas eidem domino iohanni preſentarent. Eciam exſtitit inter dictas partes concorditer placitatum, quod ſub expenſis vtrarumque partium primum dominus lodewicus actor procuraret, quod dictus dominus prepoſitus ſubdelegaret cauſam vni uel pluribus perſonis eccleſie in Soldyn judicandam. Sane ſi ſecuritas et placita predicta effectum non habuerint infra feſtum memoratum, hoc ipſum dicto domino johanni jntimabunt. Extunc citati ſecundo loco in termino eis prefixo, et citati tercio loco et termino eis aſſignato, prout in ſecundo et tercio citatoriis continetur, Conradus vero et Heynricus predicti proxima die iuridica poſt feſtum katherine debebunt in Camin coram nobis uel domino prepoſito ſupradicto comparere canonice proceſſuris. Quam diem eis pro termino peremptorio aſſignamus. Acta ſunt hec in eccleſia Caminenſi, anno et die quibus ſupra, hora tercia uel quaſi, preſentibus domino Reynhero, Archi-

dyacono Vſenamenſi in eccleſia Caminenſi, et Reynoldo Gotbeke, clerico, et quam pluribus aliis fidedignis. In horum teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 43.

LVI. Markgraf Ludwig überläßt die Münze zu Königsberg den Gebrüdern Ungelder auf 13 Jahre, am 19. Januar 1344.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. locauimus et expoſuimus, locamus preſentibus et exponimus monetam ciuitatis noſtre Koningesberg prudentibus viris nicolao et Iohanni, fratribus, dictis vngeldern, ipſorumque veris et legitimis heredibus, dum primum ſex anni, quibus eandem monetam diſcreto viro Heinrico Bolloni, predicte ciuitatis ciui noſtro dilecto, locaſſe et expoſuiſſe meminimus, elapſi fuerint et exſpirauerint, per XIII annorum ſpatium continuum ſine inquietatione et impedimento quolibet pacifice poſſidendam, Volentes tamen, vt ipſam monetam, uti ceteri monetarii, eorum predeceſſores, rexerunt et habuerunt, dirigant atque regant. In cuius etc. Teſtes Tek, Lindow, Huſener, pincerna, Helb, milites, Haſſo de wedel, Loterpeck, Wolf. Datum Hauelberg, anno M° CCC° XLIIII°, feria ſecunda ante agnetis.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. C. 4 in quarto).

LVII. Markgraf Ludwig ſichert den Bürgern der Städte Königsberg, Soldin, Arnswalde, Friedeberg, Woldenberg und anderer Städte über Oder den Gerichtsſtand vor dem Stadtgerichte und den Rathsherren vor dem Hofgerichte zu, am 19. Januar 1344.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. diſcretis viris civitatum noſtrarum Konniges-berg, Soldin, Arnswolde, Fredeberg, Woldenberg ceterarumque civitatum noſtrarum omnium trans oderam ubicunque ſitarum nobis pertinencium civibus et incolis univerſis, fidelibus noſtris dilectis, talem contulimus et preſentibus conferimus graciam ſingularem, quod nullo judicio nec aliquo coram judice pro aliquibus caſibus ſive cauſis extra muros civitatis proprie debeant quomodolibet conveniri, ſed coram judicio proprie manſionis reſpondere ſine contradictione tenebuntur. Addicientes, ſi aliquos vel quemquam predictarum conſulum civitatum excedere contingerit, hii coram judice curie noſtre aſtare judicio debebunt reſponſuri et ſatisfacturi ſuper ſingulis queſtionum materiis actoribus vel agenti. In cujus etc. teſtes Decke, Huſsener, Hele, Haſso ſenior de Wedel, Wolff. Datum Havelbergh, Anno MCCCXLIIII, feria II ante Angnetem.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 245. 213.